



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore
Animato Lib. VII.**

Dandini, Girolamo

Parisiis, 1611

Digres. 50. Quàm verè ex tactu ingenij bonitas castigatur, ad tex. com.
131.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

TEXTVS.

Επειδὴ ἀλλήλων ἔχον ἄλλοις τῶν ζῴων ἢ ἐμῶν πᾶσι
 εἶδη τῶν ἡμῶν τοῖς ἄλλοις. ἀλλ' ἀνεκδοκῆν ἔχουσι τῶν
 ζῴων, διὰ τὸ οὐτῶν εἶναι ἀφ' ἑαυτῶν πᾶσι τῶν ζῴων τῶν
 αἰσθητῶν τοῖς αἰσθητοῖς ἀνεκδοκῆν. Ἐν τῷ δὲ τῶν ἀφ' ἑαυτῶν
 δεκτικῶν πολλῶν τῶν ζῴων ἢ τῶν ἀφ' ἑαυτῶν, πολλῶν δὲ αἰσθητῶν
 διακρίσεις ἀφ' ἑαυτῶν. διὰ δὲ τῶν ὁμοιωμάτων ἔστι τῶν ζῴων. οὐ-
 μῖον δὲ τὸ ἢ τῶν ἀφ' ἑαυτῶν πᾶσι τῶν αἰσθητῶν εἶναι
 εἰς εἰς, ἢ ἀφ' ἑαυτῶν, παρ' αὐτῶν δὲ μὴ εἶναι τῶν
 αἰσθητῶν, ἀφ' ἑαυτῶν τῶν αἰσθητῶν. εἰ δὲ μαλακώτεροι, εἰ-
 σθητῶν.

Tex. 94 Videtur enim proportionem habere ad gustatum : & si-
 militer saporum species ad eas, quae tunc odoris. Sed ex-
 quisitorem habemus gustatum, quod ipse quidam tactus
 est. Hunc enim habet sensum homo exquisitissimum: in
 aliis enim inferior multus est animalibus: tactu autem
 multo, quam cetera, excellentius percipit. Quare & pru-
 dentissimum animalium est. Signum autem, quod & in
 hominum genere secundum sensorium hoc ingeniosi sunt,
 & non ingeniosi: secundum autem aliud nullum. Duri
 enim carne, inepti mente, molles autem carne bene apti.

COMMENTARIVS CXXXI.

IAm ergo cum tam rudis, & imperfectus in nobis
 sit odoratus, tamque difficilis odorum cognitio;
 opportunum fuerit alio iuvari certiori sensu. Sem-
 per enim ex notioribus ignotiorum cognitio que-
 rendam. Sanè vtilitissimum est ex effectu manifesto,
 & conspicio occultam inuestigare causam. Sed &
 saepe in disciplinis tradendis iuuamur iis, quae antea
 fuerint explicata: sicut in exponendo auditu vsus
 est nis Philosophus, quae de aspectu tradita fuerant.
 Interdum etiam ad ea nos conuertimus, quae cum
 illis, de quibus agitur, similitudinem, & proportio-
 nem, seu coniunctionem quampiam habeant; si
 alioqui eorum cognitio fuerit nobis facilior.

Hoc igitur nunc agit ad gustatum & sapores se se
 conuertens, quibus ad odoratus & odorum cog-
 nitionem vtetur plurimum. Nam odoratus similitu-
 dinem quamdam, & analogiam habet cum gusta-
 tu; & odorū species cum saporum speciebus. Tum
 quod bestiis odoratus datus est propter gustatum.
 Tum quod utraque qualitas, & sapor, & odor, ex
 iisdem principiis oritur, humido, siccoque permi-
 stis: & ad eadem elementa pertinet, autem, & aqua,
 tamen si humidi magis, & aqua sit sapor; sicci po-
 tius, & aeris odor. Hinc est, quod & odore digno-
 scunt animalia cibos, & odoratu sectantur. Et in ca.
 5. lib. de sensu, & sensibili scriptum est; odorem esse
 affectionem quandam alimenti; omnique sapi-
 dum esse odoriferum, & contra: ac demum odorū
 species simul cum saporum speciebus distingui,
 tum in suaves, & molestos; tum in dulces, & ama-
 ros; in pingues, & acres; austeros; & acetebos; iis-
 demque vtrobique nominibus appellari. Quare
 (inquit Simplicius) vt odoratus ad odorabilia, sic
 ad gustabilia gustatus se habet: & vt odoratus ad
 gustatum, ita odorabilia ad gustabilia. Est tamen in
 nobis certior, & exquisitior gustandi sensus, quā
 odorandi. Et ideo ex gustati, & gustabilibus non
 parum iuuari possumus ad odoratum, & odorabi-
 lia dignoscenda.

Cūr autem gustatus certior sit, & exquisitior,
 ea est causa; quoniam is est quidam tactus (non
 enim gustamus sapores, nisi tangendo, linguae que

Odera-
 tus, &
 gustatus
 cognitio

Darius

Ad mouendo; sicut tactu sentimus calidum, aut fri-
 gidum, molle, aut durum) tactum autem habet ho-
 mo certissimum, & exquisitissimum. Quod nequa-
 quam intelligendum est reliquorum sensu com-
 paratione; ne cum Philopono labores, cur de aspe-
 ctu primum egerit; sed praeter ceteris animalibus. Vt
 cum odoratum antea dixerit, multis nos animalibus
 deteriore habere, ea omnia nunc tactu a noc-
 tis superari subiungat. Quod aperte satis ostendit
 ea, quae sequitur, probatio. Eum enim sensum in
 nobis esse exquisitissimum hac oratione confirmat,
 quod in reliquis quidem sensibus ab animalibus mul-
 tis superatur homo: at tactu multo, quam cetera,
 διακρίσεις ἀφ' ἑαυτῶν, hoc est excellentius, & perfec-
 tius, exquisitè, & exactè percipit. Quare & pru-
 dentissimum omnium animalium est. Immo so-
 lus, vt mente, sic prudentia valet: siquidem per
 habitus mentis constituitur in 2. ad Nicomachum
 lib. in reliquis vestigia potius quaedam, aut naturae
 instinctus cernitur. Est autem vna, & eadem pru-
 dentiae, & perfectionis tactus communis causa,
 carnis mollicudo: causa, inquam, non efficiens, sed
 materialis potius, aut instrumenti, quo vitur ani-
 ma. Potest & prudentiae nomine hoc loco sole-
 tia & sagacitas ad ea peragenda, quae aut ad esse aut
 ad bene esse animalis pertinent, intelligi.

C Quare ad hunc modum ratio cinatur. Qui inter
 homines carne sunt molles, ingenio valent, iis-
 demque tactum habent exquisitum: at molliorem ho-
 mo habet carnem, quam animalia cetera: magis
 igitur ingenio, prudentia, tangendique facilitate
 valet. Nam quibus tenuis est cutis, & caro mollis,
 ij & vinacem omnino habent tactum, quo qualita-
 tem quamlibet paulo magis excellentem sentiunt:
 & ingenio valent, atque ad prudentiam, & discipli-
 nas omnes sunt apti: neque id aliunde melius iudi-
 catur. Propterea quod optimam habent, & delica-
 tissimā corporis temperationem; vnde optimus, &
 tenuissimus gignitur spiritus; vsq; ait Themistius,
 facilius funditur, expeditiusque discurrens per cor-
 pus, functiones omnes promptissime, ac perfectis-
 sime exequitur. Et vt habet Philoponus, facile in-
 crementa dissoluntur, & seceruntur: quae si in-
 mium abundant, phantasia, & vim ratio cinandi
 perturbant, & obtundunt. Quibus vero caro dura
 est, & tardissimus est sensus, nec nisi à vehementio-
 ribus obiectis permouetur, & inepti prorsus men-
 te existimantur. Nam & crassum, ac penè terreum,
 tardum, & inertem habent spiritum; atque excre-
 mentosum & graue corpus phantasia & mentem
 magno pere impedit. Quocirca stupidos homines
 μαζοδερμους, id est crassipelles appellant Graeci, sicut
 in extremo quoque capite 16. lib. 1. de part. an. cum
 rursus ob causam tradidit Aristoteles carnem ho-
 mini mollissimā factam fuisse, quod maxime om-
 nium animalium valeat sensu tactus. Et Aegyptius
 sacerdos apud Platonem in Timaeo temperatas re-
 giones dixit prudentissima ingenia procreare: pro-
 pter meliorem scilicet corporis temperationem.

E Mentem autem hoc loco διάνους Philosophus
 appellauit. Ex quo illud confirmatur, quod dicitur
 adnotauimus, vocem hanc intelligentem illi par-
 tem significare, tantumdemque valere, ac hōi.
 Diuerso t. Quam uero ex tactu ingeny bonitas colligatur.
 Optime ex sensibus ad intellectum docet nos
 Philosophus ratio cinari. Quoniam enim non
 natura, operatio certe illius quam dicitur est tactus cor-
 poris; à corporis sensibus pendet; quoque perfectior

Atior fuerit sensuum operatio, eo erit & illa, quæ intellectus est propria. Sed tactum potius, quàm ceteros sensus, vult nos considerare: quoniam illius organum per vniuersum corpus diffusum est. Quocirca & corporis totius habitum ostendit, & cum reliquorum omnium sensuum organum complicatum est: quò fit, vt illorū organa tactus quoque organa sint. Quare si tactu quispiam optimo valeat, eū conclusi potest vniuersam sentiendi facultatē habere quàm optimam. Vnde promptissima intellectus operatio consequitur, quam ingenij bonitatem appellamus. Hoc autem iacto velut intelligētis totius operationis fundamento, ad scientias comparandas aspectu potissimum, & auditu iuamur plurimum, vt est in proœmio librorū Metaph. & c. l. de sensu, & sensilib; dum alter differentias obiectōrū plurimas distinguit, alter percipit docentis vocem. Accedit, quòd vt diuersa fuerit carnis conditio, tenuior, & mollior; crassior, & durior: ita diuersus in nobis gignitur spiritus ille, qui generale ad omnes animæ functiones instrumentum est. Diuersæ namque corporis partes diuersarū operationum particularia existunt instrumenta; spiritus generaliter omnibus famulatur. Itaque vt ex alimenticoditione is gignitur; ita ex carne optimè cognoscitur; caròque tangendi instrumentum existit. Huc etiam spectat id, quod in cap. 10. li. 4. de part. an. legitur, bellias hominibus dementiōres esse; & pueros minus, quàm vitos, mente valere; atque inter vitos pomiliones: Quoniam superior è corporis partem, in qua maximè viget mens, & corpulentam nimis habet, eaque nimia corporis mole grauata minus est ad operandum apta, & expedita. Hoc enim ipsum, tum de spiritu, tum de carne tenui, & molli, crassius, & dura, dici potest. Certè Hippocrates in lib. de flatibus nihil esse dixit in corpore, quod magis ad prudentiam conferat, quàm sanguis: quoniam ex sanguine gignitur spiritus animæ instrumentum. Atque in iis, qui carne molles sunt, tenuiorem esse, & puriorem sanguinem, manifestum est.

Iam verò hoc ipsum, quod ingenij bonitatem in mollitudine carnis agnoscit hoc loco Philosophus, Platonis illud ex Timæo confirmat. Potuerat (inquit) Deus tam solidum hominis corpus concinnare, vt nocimento forniculæ occurranti minus foret obnoxium. Sed mollius efficere præoptauit, quòd esset contemplationi paratius. Neque aduersatur illi, quod in 1. proble. sect. 30. traditū est: omnes, quicumque vnuquam aliqua in re ingenio claruerunt, melancholicos fuisse: qui corporis habitus terreus est, & siccus; durus potius, quàm mollis. Neque Galeni sententia in com. 39. in 1. Hippocratis lib. de natura humana. Animi acumen, & dexteritatem ab humore bilioso, hoc est à calida, & sicca temperatione, deriuari; ab atra bile constantiam, & firmitatem; à sanguine simplicitatem, & stoliditatem; pituitam ad formandos animi inuilem esse. Quamobrem in li. quòd animi mores corporis temperaturas sequuntur, cap. 5. probauit iudicium Heraclei, siccitatem ingenij causam esse. Et in lib. artis medicæ celeritatem mentis voluit esse caloris, & siccitatis.

Etenim duplicem oportet melancholicam temperationem distinguere. Vna est naturalis, frigida, & sicca: in qua ex elementis dominatur terra, & ex humoribus atra bilis. Hæc sanè tarda est, & parū ad sciētias apta: neque de ea loquutus est Philosophus; sed de altera quadam, quæ aduenticia potius est, fla-

uæ bilis, & sanguinis aduisione. Hæc calida est, & sicca, ad omnes motus celer, & prompta; solers, & omnino ad excogitandum, & contemplandum aptissima; Aristotelisq; iudicio vino per similis, propter calorem admirabileque effectus. Hæc in iis omnibus, qui quacumque in re claruerunt, fuisse dicitur. Habet enim acumen & viuacitatem biliosi & calidi humoris, stabilitatem & constantiam admixtæ siccæ melancholiæ; tenuissimum demum, ac optimū spiritum, carnēque profus mollem, tenuem, ac delicatam, beneficio scilicet caloris coquentis optimè, humidūque cum sicco permiscens, & superfluum, atque excrementosam materiam, quæ duram facere potuisset, accuratè secerentis.

Verum cum tenuem cutim, & carnem mollē hoc loco nominamus, vtique naturalis tenuitas, & molli-tudo intelligenda est; quæ (vt verbis vtar Themistij) tribuerit incorrupta natura: nō quæ arte & industria quaesita fuerit; vt molles quidam, & effemina-ti homines faciunt. Idemq; de duritie intelligendum est. Nam si labore, aut exercitationis quopiā genere durior euadat exterior cutis, nihil obfuerit menti. Quare non est, quòd quis feminas obicitat viris molliores, & pueros, immò & vermes, & animalia quædam. Fœminarū namq; molli-tudo non ex perfecta temperatione nascitur, sed ex abundanti humore pituitoso, eòq; minus benè cocto, & temperato cum sicco: vnde crassior, & se-gnior ad operandum spiritus. Adde etiam ex vita, & exercitatiōnis genere sedentarij, & otioso. Pueris item maior est molli-tudo propter multum humidum, & animalibus quibusdam, quibus perfecta deest imaginatio, & verò mens ipsa, & ratio. Dixerim etiam, vermium, & similibus animalculorum carnem non propriè dici; sed esse quidpiam analogum, & proportionem respondens carni.

Duritas
& molli-
tudo an-
plex.

TEXTVS.

Est δὲ ὁ σῶστρος ἡμιόδος, ὃ μὲν γλυκύς, ὃ δὲ πικρὸς, ὅταν δὲ ὁσμά, ἀλλὰ δὲ τὸ μὲν ἔχειται ἢ ἀνέλκον ὁσμά, καὶ ἡμιόδος, τὰ δὲ ποσειδωνίων, καὶ γὰρ ἔχουσιν γλυκύτητα ὁσμά, καὶ γλυκύς ἡμιόδος. ἡμιόδος δὲ καὶ δειμά, καὶ αὐτοῦ, καὶ ἔξω, καὶ λιπαρὰ ὅταν ὁσμά. ἀλλὰ ὁ σῶστρος ἐπιπέδου, δὲ τὸ μὲν σῶστρος δὲ δειμά, ἔχειται τὸ ὁσμά, ὁσ-
τρος τὸν ἡμιόδος, ἀπὸ τῶν ἔξω, τὰ ἄνθρωπα καὶ ὁμοίωτα τῶν ὁστροῦ γλυκύτων. ἢ μὲν γὰρ γλυκύς, ἀπὸ τῶν κρόκου καὶ τοῦ μάλι-
πτος, ἢ δὲ δειμά, ἀπὸ τῶν ἄνθρακα καὶ τῶν ποσειδωνίων. ἢ αὐτῶν δὲ τῶν ποσειδωνίων καὶ τῶν ἄλλων.

Est autem vt sapor, hic quidem dulcis, ille verò amarus; Tex. 35. sic & odores. Sed alia quidem habent proportionem odorem, & saporem: alia verò contrā. Dico autem, vt dulcem odorem, & dulcem saporem. Similiter autē & acer, & austerus; & acutus, & pinguis est odor. Sed, vt diximus, propterea quod non valde manifesti sunt odores, sicut sapores, ab his sumpta sunt nomina secundū rerū similitudinem. Dulcis enim à croco; & melle; acer autem à thymo, & huiusmodi. Eodem autem modo & in cæteris.

COMMENTARIVS CXXXII.

Occultam dixit esse odorum naturam, ignotāque species ex saporibus quæretas, cum quibus magnam coniunctionem habent, & analogiā: præsertim cum sensum hunc minus exquisitū habeamus. Hoc nunc aggreditur; simul exponens, quænam coniunctio sit, & analogia, quæque odorū species. Meminerimus autem idem in auditu factū. Nam, vt ibi sonorum differentias ex tactilibus corporibus designauit, in quibus acutū, & graue pro-

